

7
N. VII.

Cæterum si declaratio incertitudinis non est in potestate Actoris certa petitio non est necessaria.

Berlich. *P. 1. C. 12. n. 24.*

Verb. grat. Si factum est in Obligatione, in cujus locum succedit interesse.

l. 11. & 13. §. ult. de re judic. l. 36. §. 11. de condict. indeb.

Id enim à Judice æstimatur.

arg. §. ult. Inst. de V. O. vid. Treut. 2. 23. 0. 4. (b)

Ideo à parte peti in libello frustra definitur quanti sua interfit, Judex enim eam æstimationem sequi non tenetur, Ergo nec actor illam quantitatem exprimendi necessitate astringitur. Utique Actor quanti sua interfit factum id esse quod convenit, petere potest, sed id facere non tenetur.

Wurmb. tit. 9. O. 1. Gail. 1. O. 68. n. 1. & seqq. Myns. 4

O. 11.

Quibus autem casibus libellus alternativus admittatur

vid. infr. c. 5. n. 6.

N. VIII.

(f) Causam petitionis esse inferendam libello testatur post alios

Cyn. ad l. 3. n. 8. C. de edend.

Causa autem petendi in quâlibet actione duplex est; altera proxima altera remota.

Gail. 1. O. 61. n. 3. Rosb. d. l. n. 28. Schneid. in d. §. omnium n. 308. ibiq. Zas. n. 10. & seqq. Bach. 1. de act. 37.

Et in actione reali de necessitate proxima, quæ est dominium vel quasi aut jus in re, exprimenda est, & de utilitate quoque causa remota, quæ est titulus & jus unde dominium & jus agendi causatur.

In actio.